

Votivæ congratulationes.
In solennem promotionis
actum dum ... promotor
.....

Blanck, Henricus Henrici

1 Ic 1699 Prytz, Georgius



National Library
of Sweden

VOTIVÆ CONGRATULATIONES. 17

IN

Solennem Promotionis actum

Dum,

DEO DUCE ATQ; AUSPICE;

In Regia Academia Abocnsi

RECTORE MAGNIFICO

Consultissimo atq; Praclarissimo,

DN. OLAO VVEXIONIO,

J. U. D. pereximio, & Profess. Pub.

PROMOTOR

Praclarissimus atq; Excellentissimus

DN. M. AXELIUS Kempe/

Pol. & Hist. Prof. Ord. celeberrimus.

NOMINE PUBLICO,

VIRO-JUVENI

*Ingenio & Eruditione Praestantissimo. Virtutibus atq; mori-
bus Politissimo,*

DN. GEORGIO G. PRYTZ/

Phil. Candidato meritiss:

*Lauream Philosophicam in Aud. Maximo, 7. Calend. Ju-
nij. Anni M. DC. LXIIX.*

solemniter conferret.

Ab amicis & Patriotis fausti omnis ergo editæ.

A B O Æ,

Impressæ à PETRO HANSONIO Acad. Typ.



1668

Hoste triumphato, sacri libamina thuris
Aris imponit mœnera miles ovans;
Sic tu, devictâ vittorum fraude, triumphans
Grata Deo, PRYTZI, dona, libensq; lita!
Scilicet incoctum generoso pectus honesto
Quodq; Deum casto semper amore colat.
Non quia diffido, sic scribo: sed quia spes est,
Te sic facturum, gratulor; idq; libens.

HENRICUS H. Blanck Aboënsis.

NAvita dum ventis per flumina transijt alta,
In portu tuto latus pia carmina cantat:
Sic quoq; qui, mentis demtâ rubigine, splendes,
PRYTZI, DELICIUM PATRIÆ, SPES AMPLA PARENTIS,
EUPHEMIÆ SACRÆ DECUS INGENS, GLORIA MAGNA,
Latus ovare potes, post tot discrimina rerum;
Dum reliquos inter conscendis culmen honoris,
Quod sophiæ STUDIIS meruit TUA CANDIDA VITA.
AONIAM LAURUM capias ergò OMINE DEXTRO!
Cresce, tuisq; ausis animum præstantibus imple,
NOMEN ut ARCTO DOCTUM clarescat IN ORBE!

Honoris ergò, festinus scripsi
GABRIEL Lagus.

Asiduo terram gnarus qui scindit aratro,
Expectat latam messem, plenosq; manipulos.
Sic Tu, qui Sophicos juvenili vertere dextrâ
Es solitus, PRYTZI, libros atq; abdita scita:
Eximios fructus jam carpis Apolline dextro.
Ergo Deo gratus, magis omine suscipe fausto
Præmia, quæ meritò præsens tibi tempus adornat!
Perpetuò rutilis, patriæ lux fulgida terra,
Donec cœlicolum clarus pia templa revisas!

Hicce pauciss. honoratiss. Dn. Sympatriotæ, novos
ex animo gratulari volui honores.

HENRICUS H. Karckuensis.

Prestantissimo Candidato

DN. GEORGIO Pryn/ Salutem.

NOtabili hac affulgente occasione, Tibi frater honoratissime, novos quos candida virtus & insignis doctrinæ gloria, omnibus satis superq; probata, dudum commeruere honores, ingresso, non possum quin amicitiae conjunctionis licet breve, tamen fidelissimum erigam monumentum: sacros itaq; Laureæ Philosophicæ queis feliciori sydere initiaris honores, supremi rerum Moderatoris suffulceat favor benignissimus, eosq; in Sanctissimi nominis sui laudem, Reipublicæ incrementum, Parentum, sanguine junctorum nec non Amicorum solatium atq; gaudium, tuumq; ipsius ornamentum sempiternum dirigat. Sic voveo ac te optimè valere jubeo

Tuus

GABRIEL A. Keckonius

PHæbe fave, novus ingreditur tua templa Sacerdos,

Huc, age, cum Citharâ carminibusq; veni.

Nunc te suavisonas pellentem pollice chordas,

Has precor ad laudes flectere verba meas.

Ipsè, triumphali devinctus tempora lauro,

Dum cumulant aras, ad tua Sacra veni.

Sed nitidus, pulcherq; veni; nunc indue vestem

Se positam; longas nunc benè pectè comas.

Qualem te memorant, Saturno rege fugato,

Victori laudes concinuisse jovi.

Phæbe fave, novus ingreditur tua templa Sacerdos,

PRYTZIUS, en! cultor sedulus, alta, tui.

Quem tu mellifluo Musarum nectare pastum

Exorna lauru! Cingito flore caput,

Et digitos molles auro nitidisq; clientis,

Confestim gemmis condecorato tui.

Hâc rude, (dignus enim) facilis censeto beari,

Annos tot miles qui tibi fidus erat.

Ergo

Ergo quà sese Thracum Mavortia tellus,
(Supplex, mi PRYTZI, frater amande, precor)
Pandit, & argentem Rhodope procurrit in Ænium,
Quà rigat & Nilus turbidus arva: patet.
Quà Albion, aut Scythicos Thule timet ultima fluctus;
Hâc tua fama volet. Vive faveq; mihi!

Non invitus adjecit

JOHANNES Walstenius.

Cingite Thespiades, actutum cingite lauru
Auspice præstantem Eusebia & Phabi stratioten!
Palladijs qui vir stetit usq; in agonibus ingens,
Assiduo nisu sophia sacra dogmata volvens.
GLORIA, LAUS, & honos comitantur sæpè labores
Herculeos nec non virtutem præmia magna.
Hos quod, mi PRYTZI, sudores sponte tulisti,
Pierioq; choro tam strenuus invigilasti,
Patria sat novit, novitq; Academia ad auram:
Ergò bonis avibus meritam nunc accipe mitram,
Addit temporibus quam sacro Anademate Phæbus.
Vive, vigesce diu! facundis vive camænis!
Utpote, quæ majora dabunt tibi præmia tandem.

Ita Præstantissimo Dn. CANDIDATO,
Fautori certissimo, non quidem ut
debui, sed ut tenui suada, mente
tamen serena potui, Magisterij in-
signia gratulari volui.

SVENO Agricola

Non

Non minimum vitæ humanæ præsidium in sedulâ artium liberalium culturâ positum esse non solum rerum Magistra experientia, sed etiam numerosæ varietatis eruditorum testimonia comprobant, Hinc sine studijs animum hominis ægrum Seneca appellare non dubitabat. Proindè quævis delicata indoles ad altiora aspirans, tantum abest ut studiorum intermittat curam ut potius earum, ceu viæ honoris compendii rationem habeat sibi commendatissimam. Nec certè labor hic suo est defraudandus encomio, vel hoc nomine quod Eventus fructu sit insignis. Literarum enim studia Divinæ imaginis reliquias, ignorantia tenebris involutas expoliunt, multifariaq; rerum scientiâ mortalium animos imbuunt; illarum etiam beneficio mens sapientiæ dicata, Cælum cum splendidissimis ibi positis luminibus collustrat, Aeris, terræ, marisq;, naturam cognoscit & investigat. Omnes præterea vitæ instituendæ rationes literæ præscribunt, dum neminem lædere, suum cuiq; tribuere, fraudes vitare, virtutibus incumbere, à vitiis abhorreere docent. Omnes insuper temporum varietates ac vicissitudines nobis expandunt. Innumeraq; alia utilitate ac jucunditate præstantissima, nobis proponunt, quibus recensendis hac vice non licet immorari. Sed debitum officiosi animi tibi Frater Honoratissime præstiturus, de feliciori in studiis Philosophicis progressu non immeritò gratulor, cum virtus & doctrina multo labore parta jam jam selectiora fortunæ missilia tibi conciliarint, ut molestiarum obicem ponere conantium victor, lætiori vultu virtuti tuæ debitos Magisterii Philosophici meliori fato adeas honores. Hos tibi ego felicissimo sydere conferri animitus exopto. Divinumq; humilimâ mente precabor numen, ut eos ad supremi nominis sui gloriam, Patriæ commodum, Parentum solatium, Consanguineorum gaudium, nec non proprium decus benignissime dirigat. Vale & me tui observantissimum amore prosequere.

*Rudi Minervâ apponebat gratulabundus,
ANDREAS G. Prytz Arctop-Finland.*

Quem claris animi donis natura beavit,
Et cui de meliore luto præcordia Titan
Finxit ut ingenium ingenuis colat artibus: ille

Terz

*Tergeminis jure est cantandus laudibus; ejus
Fama immortalis, per secula futura manebit.
Hoc tu prestabas, Prytzi, patriota colende!
Insomnes noctes ducendo, & multa ferendo.
Nunc tibi dona ferunt Musæ bipatentibus ulnis,
Atq; novos titulos donant, nomenq; Magistri.
Gratulor ideirco tantos tibi latus honores:
Et precor ut tecum durent in Nestoris annos!
Sis sospes patria, Musis, nobisq; tuisq;!
Dotibus ipse Deus sacri tibi flaminis adsit!
Ejus ut electum possis velut organon esse,
Atq; viam multis rectam monstrare salutis.
Hisce vale aeternum felix, praclare Magister!*

Ita Clarissimo Dn. Magistro, patriotæ suo hono-
rando, licet tenui venâ, ex animo ta-
men gratulari voluit

ANDREAS A. Pacchalenius.

Nullum à Deo munus (si sacra exceperis) Philosophiâ præ-
stantius in hac vitâ mortalibus collatum vel deinceps
conferendum esse verum, imo verissimum est; hujus enim
utilitas & dignitas tanta est, ut sufficientè vix enarrari pos-
sit, quo lacteus quoque ille fons Eloquentiæ Cicero respi-
ens, hujus tanti doni admiratione attonitus hæc verba ex-
clamat: O vitæ Philosophia dux! ô virtutis indagatrix,
expultrixq; vitiorum! quid non modo nos, sed omnino
vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti:
Tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: Tu
eos inter se primò domiciliis, deinde conjugii, tum litera-
rum ac vocum communione junxisti: Tu inventrix legum:
tu Magistra morum ac disciplinæ fuisti: ad te confugimus:
à Te opem petimus: Tibi nos penitus totos tradimus.

Hujus

Hujus laudabili dignitate allectus & F^o Sympatriota hono-
rante Præstantissime ac Literatissime Dn. P R Y T Z I, à tene-
ris (ut dicitur) unguiculis, Te ipsi totum dicâsti, & in vir-
tutis stadio currere cæpisti, cursum continuasti, optatamq;
metam attigisti. Quamobrem jam merito adeptus es titu-
lum Magistri; quod omen tibi contigisse non pauci con-
gratulantur. Gratulor & ego tibi ex animo, Deum im-
mortalem devote & fervidè precando: ut Te ad salu-
tem Patriæ nostræ diu servare, felicesq; successus largiri
non dedignetur. Vale.

Eidem Pentasticon.

*Affiduus quoniam didicisti Palladis artes
Digna βαβα capis jam jam Doctissime P R Y T Z I.
Annulus ecce datur dabiturq; corona Magistri.
Fortunet Christus quos nunc conscendis honores.
Emolumento ut sis Patria. Salveto: valet!*

*Tenui ut ut ingenii venâ, animo
tamen hilari subtexuit.*

HENRICUS PAULINUS Finland.

DECASTICON.

*Sunt quos oblectant duri certamina Martis,
Illis ut surgat nobilitatis honos.
Ti P R Y T Z I, prodest doctas coluisse camenas,
Gnaviter & studijs invigilasse bonis.
Hinc tibi Pierides viridantiaserta parârunt,
Imponenda tuis non sine laude comis.*

Gratu-

Gratulor ergò tibi laurum istam, clare Magister,
Et precor, ut felix sis quoq; perpetuò!
Hinc charo Patri gratus, percharus amicis,
Tu patriæ poteris lumen ES esse tua!

Gracili Salis gratulabundus accinebat
PETRUS S. Notenbergius Biörneb. Fenn.

FErvidus Aonidum cultor juvenilibus annis
Qui fuerit, magnâ laude vehendus erit.
Desidiæ verò qui deditus, atq; secutus
Luxuriam; semper turpis inopsq; manet.
Non venit è signi hæc, mi clare, sopore, Magister!
Gloria, quam nunc fers; parva labore venit.
Auraicas pridem Musas tibi noscere magnus
Ardor erat: Quare hæc gloria justa venit.
Gratulor ergò tuo jam, Vir doctissime, honori:
Auspiciis istis gratulor atq; novis.
Faustis quòd fiant avibus, superos precor! atq;
Ut vivas annos Nestoris, opto tibi.

*Ita Clarissimo Dn. Magistro, Sympatriotæ colendo,
non ut volui, sed ut potui, gratulabundus
applauderam.*

THOMAS D. Busander
Esraâminne - Finland.

